

Yd  
5296

I. T. O. I. N. A!  
PROGRAMMA

De

MENSA GRATUITA, eaq; SCHWARTZ-  
BURGICA,

<sup>Quo</sup>  
ILLUSTRISSIMO & CELSISSIMO  
COMITE ac DOMINO,

**DN. ALBERTO**

**A N T O N I O,**

**S. R. I. QUATUOR-VIRO,**

COMITE Schwartzburgi & Hohnsteini,  
DYNASTA Arnsteti, Sondershusæ, Leutenbergæ, Loh-  
ræ & Clettenbergæ,

Comite & Domino Nostro clementissimo,  
& Munificentissimo Schola provincialis

Nutritio,  
consentiente,  
ad

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

BIBLIOTHEK  
ERBEN  
1841

Panegyrin æstivam

Generosissimum Dn. Cancellarium, reliquosque  
Excellentissimos Dn. Scholarchas, omniumque ordinum Eru-  
ditos unà cum honoratissimo Dno Rectore,  
invitare voluit

**M. JOHAN. ERNESTUS MULLERUS,**  
Scholæ provincialis, quæ Rudolphopolieft, ConRect.

Rudolstadt, Characteribus URBANIANIS. 1793.

G G G G G G

*Handwritten signature*







Gratuita est mensa hæc tellus tota  
 Omnipotentis;  
 Gratuitæ mensæ hinc quisquis  
 alumnus erit?

B. L.



Uòd Beneficiorum memoria de-  
 beat esse immortalis, nemo a-  
 deò depositæ salutis homo est,  
 qui ore non fateatur, etiamsi re  
 ipsa nunquam comprobet, qua-  
 lis ingratus DEO placere non po-  
 test, etiamsi mortuos excitet, nos  
 melioris famæ cupidi ab hoc mentis crimine longis-  
 sime recedemus, & quæ ab Illustrissimo Patriæ Pa-  
 tre in nos beneficia extant, cum grata animorum re-  
 cordatione posteritati enarrabimus, atque simul uni-  
 versæ Sholæ provincialis naviculam ad ejusdem gra-  
 titudinis cynosuram dirigemus. Inter hæc autem  
 Celsissimi Comitæ ac Domini nostri benefacta, qui-  
 bus rem literariam apud nos ad lætiorem fortunam  
 erexit, mensa est gratuita, prima Paschatos feria, die  
 26. Martii anno MDCLXXVI. indigentibus, tan-  
 toque



toque beneficio dignis, è quavis utriusque Comitatus provincia, apparari & præberi cœpta, sic ut ex more Hebræorum hoc sacro cœnaculo Scholæ nostræ addito Rudolstadtium terræ Schwarzburgicæ קריית ספר h. e. *urbs artium & disciplinarum* sacra facta sit. Quando ergo Galli Scholam Parisiensem primogenitam, Regis filiam vocant, ecquid vetat Scholam nostram provincialem, hoc tanto beneficio & auctiorem & florentiorem factam, primogenitam nostri Illustrissimi ALBERTTI ANTONII filiam dicere? Sanè hanc mensæ gratuitæ munificentiam fama rerum vehet perpetuò, posteritas temporum celebrabit, Parentes liberis, liberique posteris narrando tradent, nisi ergo & nos, in quos plurimum exinde utilitatis redundat, pleno eandem ore deprædicaremus, & quæ gaudia hujus benignitatis consideratione pectus sæpius inundarent, quandoque publicis literis exponeremus, in omnium oculis luceret nostra impietas. Non periculosioribus æquè temporibus res literaria fuit objecta, non magis apertis odiis exposita, quàm hac nostra ætate, qua mira hominam multitudo Scholarum incrementis palàm sese opponit, & cum fide Docentes & studio discentes publico contemptu oppugnat. Ubinam inveniuntur hodie Friderici bellicosi, & Wilhelmi, Saxones, vulgo benigniores sese erga Musas exules gerentes, & publica Scholarum Academicarumque asyla illis statuentes? Quam rari apparent nunc Mauriti viros, de studiosa juventute bene meritos, novis beneficiis augentes, & ad illorum, quorum in literas studium egestas inhibet, è grana-

672  
11. 610.





677  
 699  
 riis suis sexcentos frumenti medimnos, victum quo-  
 tannis conferentes? Ubi sui similes hodie habent Be-  
 ati Electores Augustus & Christianus primus, qui è  
 redditibus suis studiosæ juventuti tot stipendia consti-  
 tuerunt, & liberalibus mensis Scholæ Portensis, Mi-  
 senensis, Grimmensis, aliarumque splendorem mirum  
 in modum amplificarunt? Felix superius ævum fuit,  
 quod non tantum hominum doctissimorum studis  
 effloruit, sed in medio etiam armorum strepitu, &  
 publica velut strage, tantos ostendit Literarum Scho-  
 larumque Patronos, qui à Majoribus suis transmis-  
 sam juvandi bonarum artium studia laudem masculè  
 defenderunt. Sic est, nisi ipsi Imperantes sint litera-  
 tissimi Augusti, Severi, Theodosii, & Alphonfi, mi-  
 sera plerumque & afflicta esse solet Docentium & di-  
 scentium in scholis fortuna. Potentissimus Chaldæ-  
 orum Monarcha Nebucadnezar Prophetam Danie-  
 lem non in tanto habuisset pretio, neque ei aut co-  
 militonibus ejus mensam gratuitam dedisset, nisi ip-  
 se literis fuisset cultissimus Princeps. Artaxerxes  
 nequaquam tantis sumptibus in aula sua aluisset Hip-  
 crates Coum, nec Scipio Africanus Ennium Poë-  
 tam, nec Augustus Philosophum Frontonem, nec  
 Mathias Rex Hungariæ Johannem Regiomantanum  
 Mathematicum, infinita propemodum liberalitate si-  
 bi obstrinxisset, nisi ipsi studiorum dulcedines ante,  
 degustassent. Nullis rebus gestis majorem sibi glo-  
 riam compararunt Christianus tertius, ejusque filius  
 Fridericus, Reges Daniarum, quàm sua in Scholas  
 munificentia, cujus memoria nunquam apud poste-  
 ros



ros intermoriatur. His Majorum institutis si ætatem nostram judicare licet, verbis utar Horatii:

*Damnosa quid non imminuit dies?  
 Ætas parentum pejor avis tulit  
 Nos nequiores, mox daturos  
 Progeniem vitiosorem.*

Contrahunt nunc sibi multi suâ plusquam Liciniana impietate pessimum, nomen, quod nihil habent frequentius in ore, quam verba convitiis plena, quibus bonarum artium Doctores, eorumque discipulos, proscindunt, & quemvis porcarium & milionem abjectissimum pluris æstimantes, procacitate lingvæ, & illotis sermonibus, mores eorum arguunt & perstringunt, tantum abest, ut suam in quenquam liberalitatem aperiant, & pauperum necessitates opum suarum affluentiam sublevent. Fortè nec nostras literaria tam secundam staret fortunam, nisi munificentissimus Patriæ Pater, ejusque Celsissimus Filius, & utriusque sanctissimæ Conjuges, sua bonitate eandem contra ingruentem vim communirent, & unitis quasi viribus defenderent, exinde fit, quod tot inopes, & omnibus vitæ subsidiis destituti alias, sub vexillis nostris laudabiliter ad doctrinam comparandam militant, Virtutibus animos excolant, & doctrinis ingenia vegetent, imprimis quos Illustrissimi benigntas mensæ suæ gratuitæ, & coram DEO teste ac benedicente, (ut cum Beato Treunero de nostra Schola, Patria, & vicinis provinciis meritisimo Conrectore ita loquar) stratae adhiber. Hujus, inquam, bene-



beneficii memoria omnino debet esse sempiterna, & sicut in cœlis coram DEO odor illius suavissimus non extingvetur, ita & in terris, præsertim Schwarzburgicis, laus & gloria ejus nunquam interibit, nisi Virtus omne plane pretium suum in societate humana amittat. Quamdiu autem hujus mensuræ liberalitas durabit, bonæ literæ, injuria temporum licet aliquandiu sepultæ fuerint, non solum reviviscent paulatim, & repullulabunt, sed divinæ etiam benedictionis scaturientes fontes nunquam deficient, nec deerunt viri sacris munerum functionibus digni, beneficiorumque memores, qui æquiore Jove, magisque propitiis Gratiis, nati Patriæ rationibus optime consulent, Illustrissimæ benevolentia significatione alligati positas in viribus mortalium gratias persolvent, atque ita ingrati crimen animi, quo nescio deterius ullum fœdusque detur, justissimo odio averfantes, de gratia referenda semper sollicitè serioque cogitabunt. Ipse DEUS quandoque beneficia in malis malè locata videt, interim tamen à benefaciendo non remittit, quin potius si ab uno cum sœnore ad ipsum, redeat beneficium, beneficia beneficiis quotidie auget, unius Samaritani gratiarum actione ad plus dandum invitatus, ita nec gloriosissimus Patriæ Imperans paucorum quorundam impietate sese deterreri patietur, quò minus summi sui beneficii usus seris etiam posteris supersit, probe illius memor, quod Seneca dicit: Nemo habet tam certam in beneficii manum, ut non sæpius fallatur: Hortulanus steriles quandoque terras irrigat, & ipse conceptam frustra-  
tur.



tur spem, si modo potior pars horti proventibus operam ejus redimat, ita & Celsissimus Patriæ Pater sui beneficii fructus ad posteros propagabit, si modo in bonis, quod beneficit, haud pereat. Ut autem publica ejus rei memoria semper extet, quibus ab initio ad nostra usque tempora mensæ gratuitæ beneficio lætari & perfrui licuerit, eorum à me non sine multo labore collecta nomina ordine adscribam, & si quis per me inscium se infra alios dejectum putaret, jure mihi irasci non poterit; sunt a. qui sequuntur.

- Johannes Michael Andreæ, *Herschedorsensis.* *Superintendent*
- Johannes Nicolaus Meßel / *Megalibranus.* *Rudolstadt*
- Andreas Gœlitz, *Ilmensis.* *Rudolstadt*
- Johannes Martinus Gutjahr / *Leutenbergensis.* *Rudolstadt*
- Augustus Wäyße / *Kelbranus.*
- Heinricus Christophorus Ludwig / *Schwarzburg.* *Superintendent*
- Johannes Isaacus Bauer / *Blanckenburgensis.*
- Johannes Heinricus Göße / *Gærsbachiensis.*
- Christophorus Gotliebicus Stelsfuß / *Rotleberodensis.*
- Johannes Christianus Hesse / *Elchlebiensis.*
- Albertus Nicolaus Götting / *Heringensis.*
- Johannes Christophorus Wolwitz / *Blanckenburgens.*
- Johannes Henricus Winger / *Megalibranus.* *Rudolstadt*
- Albertus Antonius Rothmähler / *Rudolstadtensis.*
- Fridericus Samuel Landgraff / *Ilmensis.* *Rudolstadt*
- Johannes Ulricus Meßel / *Leutenbergensis.*
- Zacharias Geist / *Regislacensis.*
- Johannes Heinricus Lindemann / *Francobusanus.*
- Johannes Nicolaus Sommerlatte / *Niderloquitzensis.*

Elias



Elias Fischer / *Regislacensis.*  
 Andreas Nicolaus Danz / *Leutenbergensis.*  
 Johannes Elias Monschein / *Kelbrannus.*  
 Johannes Valentinus, Oberländer / *Teichbrödensis.*  
 Johannes Emanuel Niegitsch / *Heringensis.*  
 Georgius Gotfridus Haucke / *Ober-Weisbacensis.*  
 Ludovicus Fridericus Haller / *Braunsdorfensis.*  
 Gottofridus Martinus Thom, *Leutenbergensis.*  
 Johannes Henricus Brömel / *Ilmensis.*  
 Johannes Wohlfahrt / *Regislacensis.*  
 Christophorus Guntherus Rörer / *Regislacensis.*  
 Christophorus Henricus Wichleb / *Francobufanus*  
 Johannes Gotfridus Neiffe / *Strausbergensis.*  
 Johannes Volckmarus Graue / *Rudolstadtensis.*  
 Antonius Christophorus Siegenhorn / *Kelbrannus.*  
 Hieronymus Christophorus Offney / *Heringensis.*  
 Johannes Andreas Wimmer / *Regislacensis.* †  
 qui sequuntur & me Præceptore usi sunt.  
 Abrahamus Wigandus Molwitz / *Blanckenburgensis*  
 Johannes Christophorus Schreer / *Leutenbergensis.*  
 Johannes Nicolaus Steinmeze / *Ilmensis.*  
 Georgius Frobenius, *Regislacensis.*  
 Johannes Georgius Abicht / *Regislacensis.*  
 Johannes Biedermann / *Leutenbergensis.*  
 Johannes Georgius Werner / *Herschdorfensis.*  
 Johannes Arnoldus Domrich / *Kelbrannus.*  
 Johannes Egidius Sommerlatte / *Niderloquizensis.*  
 Johannes Elias Sommer / *Mellenbacensis.*  
 Georgius David Hesse / *Teuchlensis.*  
 Christophorus Henricus Wengel / *Benkensteinensis.*  
 Samuel



- Samuel Rost / *Schwarzenfis. Pastor Wittenberg.*  
 Johann Michael Nolde / *Panlozellensis.*  
 Albertus Antonius Juncke / *Rudolstadiensis.*  
 Johannes Andreas Schmidt / *Ilmensis.*  
 Georgius Fridericus Bohn / *Ilmensis.*  
 Johannes Casparus Schöpff / *Regislacensis. Confess. Reg.*  
 Johannes Nicolaus Molwit / *Blanckenburgensis.*  
 Paulus Heinricus Günther / *Rudolstadiensis.*  
 Johannes Spindler / *Steinsdorfsensis.*  
 Bernhardus Samuel Wäyver / *Braunsdorfsensis. Post. Wittenberg.*  
 Elias Andreas Handel / *Francobusanus.*  
 Ludovicus Fridericus Nothmähler / *Rudolstadiensis.*  
 Ludovicus Fridricus Sommer / *Rudolstadies. Sub. Pastor.*  
 Nicolaus Mathias Schöpff / *Regislacensis. Sub. Pastor.*  
 Georgius Gotfridus Nüchterlein / *Leutenbergens. Sub. Pastor Reg.*  
 Johannes Theodoricus Pöhn / *Ilmens. Sub. Pastor. Wittenberg.*  
 Johannes Niclaus Mohnhaupt / *Rudolstad.*  
 Johannes Heinricus Valentin, *Rudolstadi*  
 Ludovicus Fridericus Winger / *Regislacens.*  
 Fridericus Augustus Heidenrich / *Benckensteinens.*  
 Christophorus Heinricus Schincke / *Kelbranus.*  
 Johannes Guntherus Burghard / *Regislacens.*  
 Johannes Guntherus Reichmann / *Leutenbergens.*  
 Ludovicus Fridricus Fleck / *Bilensis.*  
 Johannes Christophorus Ulrich. *Ehrensteinens.*  
 Julius Fridricus Winger / *Megalibringens.*  
 Johannes Fridericus Dwehl / *Ilmens. Secretarius in Wittenberg.*  
 Johannes Casparus Fischer / *Francobusanus.*  
 Wilhelmus Christophorus Wintorff / *Quitelsdorf.*  
 Georgius Heinricus Guntherus Nüchterlein. *Leutenb. Secretarius*

B

Fride-



Fridericus Nicolaus Möller / *Leutenbergens.*  
 Theophilus Einsidel / *Milwizens.*  
 Christianus Samuel Gotschild / *Ehrenstemiens.*  
 Johannes Gotfried Höffer / *Windebusanus.*  
 Conradus Casparus Hancfel / *Heringens.*  
 Johannes Christophorus Bodinus, *Dylstädens.*  
 Michael Hauboldus Freuner / *Leutenbergens.*  
 Johannes Gotfridus Rothmahler / *Rudolstadt.* 87.

Ex his non paucis sua dignitas insignem circumposuit purpuram in sublimi autoritate constitutis, alios alius vestit honos, nec spernenda munerum functio, vel Ecclesiastica, vel Politica, ab iis distingvit, qui hoc tanto beneficio ad mala abutentes nulli bonæ rei operam dederunt, nec desunt, qui ætate præcipitata diem suum obierunt, & medio annorum cursu vitæ suæ exitum invenerunt, quæ omnia cum Te, B. L. latere nequeant, nolui, nulla urgente necessitate, hanc orationem prolixiore recensione ad majorem molem excrescere, quod adhuc officii partem facit, tres juvenes, qui multos alios virtute sua antecedunt, nunc exequuntur. Primus Christianus Samuel Gotschild / Ehrenstemensis, animus ingenuus, qui plurimum vult debere, cui multum debet, ad liberandam fidem suam pro mensæ gratuitæ institutione, sui que receptione, maximas Illustrissimo Patriæ Patri gratias aget, & quantum in ipso est, illius laudes fusius persequetur. Secundus Conradus Casparus Hancfel / Heringensis, paternæ Virtutis ex asse hæres futurus, totus incumbet in preces & supplicationes, ut mensæ gratuitæ continuationem à Celsissimo Patriæ Patre impetret



petret &, quæ mente potest concipere, pro ejus incolumitate ad DEum vota fundat. Tertius Ernestus Georgius Öblig Rudolstadtensis, de quo optime morato & summæ spei filio utpote יורע לשמוע ויורע : יורע לשאול ולהשיב : ut cum Maymonide ita loquar, plurimum Reverendo Domino Patri ex animo gratulor, hic præsentem mensæ gratuitæ alumnos ad Pietatis suæ officia cohortabitur, & in quibus præceptis observandis illa sint posita, breviter docebit, ego quoque conscensurus cathedram, in gratiam discipulorum meorum de omnium per Germaniam Academiarum & illustrium Scholarum fundatoribus agam, quæque illarum hodie fortuna sit, de illa re pauca simul verba, faciam, jucundas nobis B. L. recordationes dabis, si Te oculis nostris præsentem stiteris, & ita summa voluptate perfusis animis constantis tui in nos favoris argumentum reliqueris, quo ad vixerimus, illius nulla nobis oblivio obrepet. Antequam autem hanc orationem finio, tacitus nullo modo præterire possum Dominos Inspectores, qui tanquam morum moderatores mensæ gratuitæ alumni præfuerunt, sunt nempe:

Dn. Christophorus Einsidel / Pastor Milwizensis.

Dn. Magister Johannes Hoffmann / Rector Francohusanus.

Dn. Martinus à Rhein / Pastor Ober-Weisbacensis.

B 2

Dn.



X 3421217

Dn. Mag. Gotlobius Lindner / ConRector  
Carniciensis in Lusatia;

Dn. Simon Ulricus Nöbling / Adjunctus  
& Pastor. Leutenbergensis.


Dn. Johannes Henricus Brömel / Ilmen-  
sis, qui modo Inspectoris & Subcon-  
rectoris munere magna cum laude  
fungitur.

Hæc dicta sufficiant. Vale ergo & quod à te desi-  
deravimus, si digni sumus, beneficium non si-  
ne usura reddituris exhibe.


S. D. G.

Dabam è musæo  
d. VIII. Julii  
anno

Ferret gratia serqve noyem annos stat beneDICTa,  
atqve syo exyltat nostra lyyenta bono.







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

H. 128, 36.

I. T. O. I. N. A!  
PROGRAMMA

De

MENSA GRATUITA, eaq; SCHWARTZ-  
BURGICA,ILLUSTRISSIMO <sup>Quo</sup> & CELSISSIMO  
COMITE ac DOMINO,DN. ALBERTO  
ANTONIO,  
S. R. I. QUATUOR-VIRO,COMITE Schwartzburgi & Hohnsteini,  
DYNASTA Arnsteti, Sondershusæ, Leutenbergæ, Loh-  
ræ & Clettenbergæ,Comite & Domino Nostro clementissimo,  
& Munificentissimo Scholæ provincialisNutritio,  
consentiente,  
ad

Panegyrin æstivam

Generosissimum Dn. Cancellarium, reliquosque  
Excellentissimos Dn. Scholarchas, omniumque ordinum Eru-  
ditos unâ cum honoratissimo Dno Rectore,  
invitare voluitM. JOHAN. ERNESTUS MULLERUS,  
Scholæ provincialis, quæ Rudolphopoliest, ConRect.

Rudolstadt, Characteribus URBANIANIS. 1703.

G 88888

Yd  
5296

H. 128, 36.

